Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiae, Masoviae, Samogitiae Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeq́ Necnon Haereditarius Dux Saxoniae, et Princeps Elector.

B

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Supplicatum esse Nobis per Certos Consiliarios Nostros Lateri Nostro assidentes, quatenus Generoso Clementi Zamoyski Palatinidae Lublinensi ac Ordinato Zamoscensi, Annos Legitimae Aetatis et discretionis adjudicaremus. Cui Supplicationi benigne Annuendo, cum enim cum sit idem Gnosus Ordinatus Zamoyscensis proximus sit Annorum discretionis, Egregiaq́ Ejus Indoles ad omne bonum formata aetatis suppleat defectum proindeq́ ad Possessionem Bonorum suorum recte Administrandorum habilem et idoneum reddat, de Authoritate igitur Potestateq́ Nostra Regia Eidem Annos Discretionis adjudicandos esse duximus, prout Praesentibus adjudicamus Ipsumq́ de Tutorum directione eximimus et Liberamus, Ipsumq́ et idoneum esse, ut omnia Bona sua, tam Mobilia quam Immobilia ad se quomodocunq́ pertinentia adeat, et solus recte administrare possit, Pronuntiamus ac Ipsi ea omnia et singula, quae ex Tutela dimissis de jure competerent Competere declaramus. Vigore quarundem Literarum Nostrarum ac Aetatis Veniae a Nobis impetratae Bona sua omnia, de Manibus Tutorum suorum repetendi Iisdemq́ in rem et Commodum sui disponendi, Tutores de rite et probe administrata Tutela plenarie quietandi facultatem damus et Concedimus, eaq́ omnia quae in Virtute harum Literarum Nostrarum peracta fuerint ratificando Vim et robur perpetuum habere debere Censemus. In cujus rei Fidem Praesentes Manu Nostra Subscriptas, Sigillo Regni Communiri Jussimus. Datum Varsaviae Die XXIV. Mensis Maij A. Dni MDCCLX. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Augustus Rex

Additio Annorum Legitimae Aetatis Gnoso Clementi Zamoyski Palatinidae Lublinensi ac Ordinato Zamoyscensi a S. Regia Mtte Collata.

Adalbertus Rakowski Locellator Rey Vizinensis Sigilli Majoris Regni Secretarius

B.

Cancellariatu

Illmi et Excellmi Domini Joannis Comitis in Konskie et Bialaczow, de Malachowice

Malachowski

Supremi Cancellarij Regni, Ostrzezcensis Grodecensis &c. Capitanej

Sigillatum.

Cap. 1. Appendix ad Addit. Novi Zamosc.

Fas. 5. No. 26.

442